

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De  
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1614**

Med. 13. De Sacramentalibus panis viniq; speciebus; & quid per eas  
significetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](#)

alba, purga & exorna animam meam, omnes  
ab ea culpæ sceditates lauans, & gratiæ diui-  
næ virtutibus eam exornans.

IL LVD quoque verbum est perpendendum  
effundetur: quo significatur non guttatum ex  
corpo suo sanguinem exiturum, nec parcè,  
sensim per distillationem; sed magna copia  
eum effusurum totum, & per omnes sui corpo-  
ris partes, ut apparebit inferius.

QVARTI puncti materia esse potest, quo-  
modo Christus Dominus, & eius Apostoli ex  
calice illo biberint: sed eadem hic perpendi  
possunt, quæ superius diximus de pane.

## MEDITATIO XIII.

DE SACRAMENTALIBVS PA-  
ni & vini speciebus: & quideis-  
dem nobis propona-  
tur.

**H**ac meditatione, & proxi-  
ma sequenti vti licebit, quā-  
do sacre Missæ sacrificio in-  
tersumus accepto aliquo ea-  
rum punto, ut aliquos de-  
uetionis actus exerceamus,  
circa sacrosanctum illud mysterium.

PVN-

## PUNCTVM I.

**P**RIMVM exquirendæ sunt causæ, cur Christus Dominus, sub duabus distinctis speciebus panis & vini sacramentū hoc instituerit: sub una ponens rectā & principali ter suum corpus, sub altera verdū suo sanguinem? siquidem verē & reipsa, cum corpore est etiam sanguis, & cum sanguine etiam corpus, mutuō se comitantes.

I.

DVA & præcipua fuerunt huius rei causa. PRIMA vt ostenderet se nob̄s perfectissimum parare conuiuum quoniam ergo in omnibus terrenis conuiuiis distinctè proponitur cibus & potus: ita in cœlesti hoc utrumque distinctè proponeretur: quamuis (quæ infinita est eius excellentia) alterum alteri esset coniunctum & utrauis eius pars exploreret tam famem quantificim nostram: quam ob causam infinitas illi gratias agant, gaudens quod in omnibus suis operibus adeò sit ipse perfectus.

II.

SECUNDA causa magisq; præcipua fuit, vt ita significaret preciosissimum suum sanguinem, totum fuisse à corpore in passione separatum; quia ingentibus doloribus, & grauissimis tormentis, pro nostris peccatis illum effudit. Quare duni sacro Missæ intersum, videoque seorsim hostiam sacram eleuari, & postmodum sanguinem in calice, meminisse de beo separationis illius sanguinis à corpore, attendens in calice illo totū sanguinem sumul

colle-

collectum contineri, quem Christus Dominus noster, tam nocte præcedente, quam ipso die passionis, quinque diuersis in locis effudit, sudore videlicet in horto, flagellis ad columnam, coronâ spineâ, clavis & lancea in cruce, quæ omnia loca percurrenti, licebit in singulis colloquia & petitiones cum amoris affectibus, & gratiarum actione, ac dolore de peccatis instituere, hoc modo. O sanguis Iesus Christi pretiosissime, qui in horto Gethsemani, per eius corporis poros, ingenti animæ eius tristitia & anxietate effluxisti, gaudeo te in isto calice contineri, ut à fidelibus omnibus adoreris: & ego quantum possum te adoro, & glorifico, supplicans, ut me à tristitiis, & anxietatibus æternis liberem, quas meis peccatis sum promeritus, pro quibus effusus fuisti. O calix pretiosissime, sanguine illo plene, quem Dominus meus ex dorso suo, crudelibus verberibus vulnerato, effudit: & eo, qui ex eius capite cum fuit spinis acutissimis punctum, effluxit inebria me diuino istius sanguinis liqueore, ut totus conuertas in eius amorem, qui pro me illum effudit. O amantissime Iesus, qui in isto calice sanguinem tuum repoluisti, quem per clavorum vulnera, sacris tuis pedibus & manibus inusta, & per vulnus lateris lancea aperti effudisti, a quid tibi retribuam pro omnibus quæ retribuisti mihi? nisi calicem salutaris accipiens, sanguinem tuum in eo contentum tibi offeram, sanctum tuum nomen in eo glorificans, Amen.

a Ps. 115. 13.

P V N

## PUNCTVM II.

**D**EINDE causas considerabo, cur Christus Dominus noster, hanc panis & vini in suam corpus & sanguinem conversionem, voluerit esse ita inuisibilem, ut visibilibus tantum panis & vini accidentibus obtegeretur; qui si voluisset facile potuisse talern conversionem visibilem effecisse; aut certe externum aliquod signum adhibuisse, quo magnitudo rei, quæ sub illis continebatur appareret, sed cur id non fecerit, duplex possimum fuit causa.

I.

**P R I M A** ex parte ipsius nostri Seruatoris, quod se humilians, recens & continuum humilitatis, & heroicæ patientiæ nobis exemplum præberet: nam, ut in Incarnatione, qui filius erat Dei, *se met ipsum exinanivit*, formam *serui accipiens*: diuinitatis altitudinem humanitatis **vilitate cooperiens**, quā ob causam plurimi eum, quis esset non agnoscentes, despicerunt; & tanquam purum hominem maletractarunt: ita in hoc sacramento, qui simul Deus est & homo verus, voluit eō se demittere, ut sacramentalem illam figuram externam panis & vini accipiens, diuinitatis & humanitatis suę altitudinem occultaret: quæ etiam causa est, ut multi eum, non agnoscentes, contemnant, & malè habeant: & interdum, atque si merus panis esset & vinum, concilcenta quod tamen ipse maxima tolerat patientia,

nulla

nullo vel insinuato vltionis indicio, vt hoc ab illo accipiamus exemplum. O humile & patientissime Ihesu, gratias tibi pro hac rara humilitate, & patientia, quam exempli nostri causa hic exerces: adiuua, Domine, vt ad imitationem tui occultum, quidquid vanum apud homines honorem mihi afferre potest, feramque patienter quemuis contemptum, & iniuriam mihi ab eis illatam. Clarifica nostros oculos sancte fidei lumine, vt credamus ac veneremur infinitam, quæ sub isto sacramenta velo continetur, magnitudinem, si quidem quod magis te nostri causa humilias, ed est migrationi consentaneum, vt te nos amplius exalteamus, & per omnia saecula laudemus: Amen.

SECUND A causa fuit ex parte nostra, vt recens & continuatum heroicæ fidei exercitium haberemus, negantes omnes nostros sensus & ratiocinationes, quas noster intellectus, ex eisdem fabricaret, subiicientes illum & captiuentes in obsequium Christi: qui propere in verbis consecrationis calicis hoc sacramentum appellat Mysterium fidei, quasi per excellentiam hoc nomen illi applicetur. Ideoque maximum, quod Christus Dominus hac nocte edidit miraculum, fuit, ( vt supra diximus ) repente mutare corda & intellectum Apostolorum, vt crederent, id, quod in suis manibus habebat, statim atque verba illa protulit, HOC EST CORPVS MEVM, defuisse omnino esse panem: & in eius, qui illa protu-

IV. Part. Medit.

M. lerat

## II.

lerat, corpus fuisse conuersum. Et iuxta hęc, cūm sacrum Missæ audio, aut communico, aut ingredior Ecclesiam, optimum est aetuare, & viuificare fidē, per omnes meos sensus, hac ratione discurrendo: credo Domine, quamvis

a Heb. 1.3.

non tamen panem verum, sed te filium a Deo

b Cant. 5.10. viui splendorem gloria, & figuram substantie eius,

b candidum & rubicundum, electum ex millibus, istic esse. Credo, Deus meus, et si meus

odoratus, panis & vini odorem percipiat, sub

c Gen. 27.27 illis tamen esse te ipsum verum Iacob, c etiam

odor est sicut odor agri pleni, cui benedixit Do-

minus. Credo item quamvis Gustatus meus fa-

porem percipiāt panis; & Tactus, mollitem,

& reliquas panis qualitates, isthic nihilominus

d Ioan. 6.51. non esse terrenum panem, sed te dpanem pia-

qui de cœlo descendisti, fontem omnis dulcedei-

nis & suavitatis. O Saluator dulcissime, illu-

stra quæso meum intellectum, sicut illustrati-

tuos Apost. vt fide viua agnoscam infinitam

pulchritudinem isthic latenter, & suauissimo

tuarum virtutum odore conforter, & delicia-

rum tuarum dulcedine nutriar ac recreer.

VLTIMA causa perpendi potest, vt nostram

fiduciam excitarer, adderet q; animum, vt ac-

cedere auderemus, tangere, in nobis recipere,

& comedere. Nisi enim ita se se occultaret,

quis hęc facere auderet? Ideoque idem amo-

qui effecit, vt nobiscum maneret; eum impo-

lit, vt ita se occultaret; quod arctiori vnitio-

ipso frui liceret, dum intra nosipsos illum

### III.

tecipimus. O benedictus sit talis amor, qui suæ granditatis oblitus, nostræ se accommodat viuitati, ne alias viles vermiculi, à tanta maiestate perterriti, eam fugerent.

## P V N C T V M III.

**T**ERTIO exquirendæ sunt cauſæ, cur ſub ſpeeiebus panis & vini potius quam ſub realia ſpectabili nobis cum manere deſcreuerit, quas ad noſtrām ſpiritualem utilitatem applicabimus.

PRIMA cauſa fuit, ut nobis coniungeretur non modò spiritualiter, quâ Deus eſt: led corporaliter etiam, quâ eſt homo; Idq; maxima, quæ eſte potest, coniunctione: nihil eſt enim, quod magis intimè homini vniatur, atq; cibus & porus: qui non exterius adhæret, ſed per os intrans, ad ipsa vifcera penetrat, ibique cum illis coniungitur. Et quoniam amor, vniendi viuſ habet amantem cum re amata, voluit amantissimus IESVS, non ſolū manere propenos, ſed ad nosipſos intrare, & hac ſacramentali vnitione ſpiritualem illam efficere, quæ veri eſt & solidi amoris. O IESV amantissime, quomodo non horres intrare in vifcera, ad eō ſordidi & horridi corporis, atque hoc eſt meum! quis hoc Domine efficit, ſi non tui amoris magnitudo? quæ quod poſſit noſtræ uitati coniungi, proprias ſuas granditates co- culcat? coniunge me tecum perfecta charita- tis vnitione, ut in æternum à te non recedam.

SECVNDA cauſa fuit, ut hac ratione no- bis significaret, ſe omnes eos affectus in ani-

I.

II.

M 2 ma

ma nostra efficere quos panis & vinum in corpore nostro efficiunt. Nam sua præsentia diuina & gratia, quam nobis in hoc sacramento communicat, nutrit, conseruat, & auger vitam nostram spiritualem, dat robur, cor lœtifica, peruerso amoris proprij incendio resistit, & damna reparat, quæ ab ipso nobis proueniunt: ac denique nos facit sibi similes, virtutes suas & proprietates nobis imprimens, ideoque dicit ipse, qui manducat me, viuet propter me. His considerationibus, magnum in me concordor excitare huius sacramenti appetitum, plurimi faciens, quantum mea referat frequenter illud ad animæ meæ sustentationem suscipere; sicut est necesse corporalem cibum liquor temporibus sumere, ut corpus sustentetur. O cibum cœlestem! o panem Angelorum; & verè panem quotidianum! si mihi daretur te quotidie sumere, ut vitam per te ducerem diuinam! b O vinum germinans Virgines; & cnum latificans cor hominis; veni, & puritate tua purifica animam meam, & tua lœtitia latifica spiritum meum, & me totum vitui amoris inebria.

## III.

TERTIA causa fuit, ut nobis significaret, sicut panis efficitur, ex multis frumenti granis contritis, & in massam unam coeuntibus; vinumque ex multis uarum granis calcatis & expressis: ita diuinum hunc cibum & potum, corda requirere verâ charitate coniuncta; ad quam multorum fidelium in uno spiritu coniunctionem efficiendam dirigitur: pro-

21048.6.58.

b Zec. 9.17.

c Ps. 103.15.

pterca enim communio appellatur, quia co-  
munis multorum inter se, & cum Christo v-  
no, cuius spiritum omnes participant: Qua-  
re, si ad huiusmodi communem vnitatem,  
necesse est, me permittere moli, calcari, &  
conculcari, mortificando in me quidquid ha-  
beo de veteri homine, debeo meritò ad id me  
promptum offerre, quod diuini huius cibi gu-  
stata dulcedine, ipsi Christo coniungar. O  
Christe dulcissime, qui tuum corpus coniun-  
xisti speciebus panis, qui prius fuit molitus; &  
tuum sanguinem vni accidentibus, quod pri-  
us fuit calcatum & expressum; en Domine, me  
offerro ut molar, & communiar, & conculcer;  
quod tuum conferuem amorem & coniunctio-  
nen concordiamque cum meis fratribus, ve-  
tu, Deus meus, digneris te mihi in hac vita,  
per copiosam gratiam coniungere; ut ma-  
neat perpetua haec vniō in æterna  
gloria, Amen.

• S.